



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

possent, quærendo res, quæ erant steriles, & infructuosæ, & ad culturam, & fertilitatem redactæ fuerunt, de manibus conductorum, qui eas sic redegerunt, eripe re, illas sæpe pro se, aut suis retinendo, uel canonē, seu pensionē augendo, quod apud Deum, & homines dā nabile est, & uituperabile, ut colligitur ex uerbis Bar. per illū tex. in l. fi. C. de omni agro deserto. lib. 11. & Ang. in l. 3. C. de alluuiō. bonus est tex. in l. fundi. C. de loca. præd. fisco. & in l. 2. C. de præd. nauicul. lib. 11. Et hic finē huic consultationi impono. Laus Deo.

S Y M M A E.

- 1 Pensio in emphyteosi rerum ecclesiæ quanta esse debeat ad hoc, ut ecclesiæ læsa dici non possit.
- 2 Emphyteosis concessio de re ecclesiæ sterili facta ad meliorandum, & ad culturam reducendum ualeat etiam pro heredibus extraneis, & in eundem ecclesiæ utilitatem dicitur facta.
- 3 Consuetudinem in loco extare dicens probare debet.
- 4 Concessio decem bebulcarum, uel circa non uitiatur, si undecim postea reperiantur.
- 5 Ecclesiæ fundans se in enormi lesione non nullitatis, sed rescissorio remedio restitutionis in integrum agere debet.

E P I T O M E.

EMPHYTEOSIS cōcessio de re ecclesiæ sterili ad meliorandū, & culturam redigendum facta ualeat, nec, si pensio uiginti annorū simul collata uerā rei æstimationē non constituat, utiatur, aut ecclesiæ læsa dici pōt.

Similiter si concessa sit in emphyteosim una petia terræ bebulcarum decem, uel circa, & postea undecim esse reperitur, ex hoc neque concessio uitiatur, neque ecclesiæ læsa dicitur.

CONSILIVM LXXXV.

REVERENDE domine, Super difficultatibus propositis non possum multitudine negotiorum impeditus multa pro earum resolutione dicere, præsertim cum intellexim principales meos nūc fuisse citatos ad audiendā sententiam pro die sequenti hora iuris de mane, & propterea ipsi ad me recurrerunt instantes, ut aliqua breuiter, & celeri calamo sup dubiis propositis, & pro informatione R. D. V. uellem explicare. Dum itaque in primis dicitur, quod de lesione ecclesiæ manifeste constat ex duobus, primo quia pensio uiginti annorum simul collata non continet, neque constituit estimationem totius rei, per textum in §. quia uerō Leonis. il. 1. in auth. de non alien. aut permuta. collatio. 2. & in auth. perpetua. C. de sacrosan. eccle. Secundo, quia testes dicunt rem esse bebulcarum decem, & reperitur esse bebulcarum undecim. Respondetur primo, quod textus in d. §. quia uerō. & in d. authen. perpetua. distinguit inter res preciosas, & alias nō preciosas, ut primo casu, quando res ecclesiæ esset preciosa, & notabilis, sed modici redditus, nō possit in emphyteosim dari, nisi pensio uiginti annorum simul collata ueram rei æstimationem constituat, secundo uerō casu, quando res ecclesiæ non esset preciosa, sed talis, cuius pensio foret diminuta, illam ad modicum tempus locādo, aut eius redditus fuissent diminuti ob aliquam cladem, ut ob inundationem, uel aliud dānū, res tunc possit dari in emphyteosim perpetuam pro canone, qui tempore concessionis haberi, & reperiri potuit, ut clare uolunt iura prædicta, & ibi Doctores omnes expresse dicentes, tunc esse habendā rationē pensionis, ut simul collata per uiginti annos faciat uerā æstimationem, qñ res tempore concessionis erat preciosa, & non in alio casu. Sed, ut ex dictis testium, quos alias uidi, clare apparet, res in emphyteosim concessa non erant preciosa, neque hoc per aduersarios

probatum fuit, prout probari debuisset, intentionis fundamentū, quinimmo per testes principalium meorū, & per aliquos pen sã constat res concessas tempore concessio nis fuisse paludosas, & aquis subiectas taliter erant incultæ, & paludosas, ac in illis arundines ei, aliæque similia nascebantur, non autem terra, ergo cessat primū fundamentum de terra uerō. & in d. auth. perpetua. qñ iura possunt ex quo præsupponunt res ecclesiæ non precise concedi in emphyteosim simpliciter pro qua tempore cōcessionis haberi potuit. Et etiam inferitur, qñ cum tales res essent steriles, paludosas, & aquis subiectas, omnino concessio in emphyteosim facta ad effectum culturam reducerentur, & arabiles fierent, hæredibus extraneis, ut in ead. aures. ibi. rebus eccle. non alien. nā ex hoc constat concessio factam in eundem ecclesiæ utilitatem dictis iuribus habetur. Secundo possit respondere de consuetudine loci non seruari, qñ pen sio annorū simul collata debeat uerā rei estimationem constituere: & si pars aduersa affirmet cōsuetudinem in loco extare, ea debuit hoc pro consuetudo fit quid facti. c. 1. de consuet. in probada sunt. l. in bello. §. facta. ff. de capit. reuer. & ita uoluit Bart. in l. de quibus. ff. de canonist. maxime Ioannes Andr. Anto. fin. de consuetud. ¶ Ad secundum respondetur qñ hoc non tangit causam domini Melchionij fratrum, qñ res ipsas fuit in emphyteosim concessa pro bebulcis quatuordecim, uel circa, utrumque sit, nec reperitur esse maioris numeri, nec probatum fuit. Quo uerō ad casum qui rem in emphyteosim habet pro decem circa, quo casu si undecim bebulcarū fuerint, hoc concessio non uitiatur, tum quia illa circa illud plus comprehendunt, cum fuerint decem respectu, & maxime cum numerus rū fuerit demonstrationis causa adiectus, ut in hoc fuit inceptum, dicēdo unā petiam terrarum decem, uel circa, per ea, quæ uoluit Bart. de emptio. & uendit. in §. sciendum. & in Andreas in additio. tum quia concessio uiginti annorum bebulcis, quamuis quoad illam undecim ualeret per ea, quæ uoluit Ioan. Andr. in Specul. in d. §. sciendum. & Bald. in rub. C. de uendi. Paulus de Castro in l. si seruum. §. de actio. empti. & in l. 2. in ultima colum. r. & commo. rei uendi. ¶ Et ex prædictis non esse uerum dicere, quod concessio facta in eundem ecclesiæ utilitatem, & catur nulla per extrauagationem Pauli Veneti ambrosio. quia tam respectu canonis, quam substantiæ rei dicitur secundum iuris dispositionem facta, & eundem ecclesiæ utilitatem, quo res erant steriles, paludosas, & aquis subiectas, ex quibus parum utilitatis perciperetur, testes clarissime probatum fuit, & ideo non d. c. ad aures. cum ibi nota. ¶ Et posito, concessio, cum ueritas sit in cōtrarium, qñ concessio in emphyteosim fuisse aliquantulum minus læsa, propter hoc tamen pars aduersa debet obtinere, quoniam cum concessio facta cum solemnitate à iure requisita, & ex uidelicet propter utilitatem ecclesiæ, & culturam, & fertilitatem reducerentur, ut per se si in se ualuit, & ideo ex eo, quod concessio in concessione possit dici enormiter læsa

Et pensionis, quam respectu numeri bebulcarum, non potest agi de nullitate, sed propter lationem, & damnum debet restitui in integrum peti, ut est text. ibiq. glo. Abb. & alij in c. 1. de in integ. restit. gl. Abb. Imo. ex eoque Doc. in c. ad nostram. per illum text. de rebus eccle. non alien. & est gl. in c. sine exceptione. 12. q. 2. quare cum in casu nostro pars aduersa in latione ecclesie se fundet, debuit agere remedio rescissorio restitutionis in integrum, non autem de nullitate, p. ut egit. & hac est realis responsio, magnitq. fundam. tum principale meorum, qui quoad hoc iudicium nullitatis sunt absoluenti, referuato ipsi ecclesie iure petendi restitutionem in integrum. ¶ Non obstat ultimum, quo dicitur, q. contractus, & concessio ipso iure non tenent ex defectu potestatis concedentis, qui defectus est maximus. arg. l. fin. C. si a non compet. in di. & per totum in cle. 1. de sequestra. poss. & fruct. quia re spondetur, q. deductis in processu contrarium apparet, nam producta fuerunt facultates Reuerendiss. Dom. Gubernatoris illius temporis, cui a Papa huius modi potestas consentiendi, & interponendi auctoritatem in alienationibus, & concessionibus rerum ecclesiarum fuit specialiter concessa. Et ex his iudicio meo dubia proposita resoluta videntur. Laus Deo.

S V M M A E.

Reverendissima solita in emphyteosim perpetuam locari, si ob emphyteosim finitam sit ad ecclesiam reverenda, potest de novo absque iuris solemnitate, et absque alia causa in emphyteosim eodem modo locari.
Et si magis pro maiori pensione, num. 4.
Et an, & quando pro eadem, vel minori, vel maiori pensione, num. 3.
Et an hoc sit ecclesie utile, num. 5.
Et an plus offerenti, an vero ei, qui iustam, & convenientem pensionem offert, sit locanda, num. 6.
Cum in hac sententia sic locari non potest, num. 9.
Emphyteosim perpetua dicitur multipliciter.
Ecclesia si in damno morari non debet, ita nec in lucro cum alienatione sua.
Bar in c. de rebus. C. de sacros. eccl. declaratur.
Locatio in ecclesia cum pacto de francando rem pro certo pretio septuaginta annorum alienationem, & est ecclesia valde praeiudicialis.

E P I T O M E.

Locatio in emphyteosim absque iuris solemnitate facta de re ecclesie solita sic locari, & ad ecclesiam ob emphyteosim finitam devoluta valet, maxime si pro maiori pensione facta esset.
Si que locare dicitur esse ecclesie utile.
Et locatio facienda est illi, qui iustam, & convenientem pensionem offert, dummodo non minore, quam locari solet, quamvis alius maiorem, sed non iustam neque convenientem pensionem offerret.

C O N S I L I U M LXXXVI.

Ita sunt, super quibus fui requisitus, ut mecum vellem breviter sententiam dicere. Primum, an fundus ille, de quo agitur, possit per capitulum absque iuris solemnitate in emphyteosim locari. Secundum, an ecclesie expediat sic locare. Tertium, cui magis sit locandus ex iis, qui offerunt se ielle cōducere, cum aliqui plus, & aliqui minus offerant. Quoad primum secundum ea, quae mihi in facto proponuntur, videlicet, q. hic fundus solitus esset locari in emphyteosim perpetuam, quae fuit finita, & consequenter fundus ad ecclesiam fuit reuersus, & devolutus, absque multiloquio ¶ videtur de iure concludendum, q. fundus predictus per capitulum ecclesie absque alia solemnitate à iure requisita, & absque alia causa possit in emphyteosim locari, ut est bonus text. ibiq. glo. & Doct. in c. 1. extra de feudis.

dis. & hoc voluit Bart. in authen. qui rem. C. de sacros. eccl. Ad idem facit, nam quamvis praelatus ecclesie filius, seu consanguineus suis non possit res ecclesie in emphyteosim concedere, vel aliter alienare, ut in c. episcopus. 10. q. 2. & c. quisquis. 12. q. 2. tamē si res alias in emphyteosim locari consueverat essent, potest illas filius, seu consanguineus suis cōcedere eo modo, quo cōcedi solita erant, & pro maiori, seu pro eadem pensione, sed non pro minori, & ex hoc ecclesia non laderetur, ut voluit Arch. in d. c. episcopus. & ita dicit Bal. post Bar. in auth. quibuscumque. C. de sacros. eccl. at in casu nostro agitur de concedendo, seu locando in emphyteosim non pro minori, sed pro maiori pensione, ergo &c. Quod autem fundus in casu nostro in emphyteosim perpetuam concedi solitus esset, praesupponitur in facto, & probatur etiā, quia ad uitam concedi consuevit, & ¶ emphyteosim perpetua dicitur multipliciter, veluti declarat gl. 1. §. perpetua. 10. q. 2. & in authen. si quas. C. de sacrosan. eccl. & habetur per Specul. in titu. de loca. §. nunc vero aliqua, quem allegat Abb. in c. nulli. de rebus eccle. non alien. nā dicitur perpetua, quae sit usque ad triginta annos, item quae concessa est, ut duret semper, & in infinitum, & quandoque semper quoad tempus, & quoad successores, & quandoq. quoad tempus, & non quoad qualitates successorum, ut declarat Bal. in dicta auth. si quis. Itē perpetua dicitur, id est, donec solvatur pensio. l. 2. C. de iure emphyt. & §. adeo. In sit. de loca. Perpetua etiam dicitur, quae est concessa usque ad annos centum, & ultra iuxta l. annua. in si. cum glo. & l. cum quidam. cum l. sequenti. ff. de annuis lega. Dicitur etiā perpetua emphyteosim, seu concessio, quae fuit concessa ad uitam alicuius, seu in secundam, tertiā, vel quateram generationem iuxta no. per gl. in clem. 1. de rebus eccle. non alien. argumen. l. 1. ff. pro socio. ¶ Praeterea considerandum est, veluti est de mente Bart. in auth. perpetua. in 2. col. C. de sacros. eccl. ¶ q. quando ecclesia habet domos, seu praedia non ruinosā, & propter imminens as alienum vult in emphyteosim cōcedere, tunc debet concedere pro tanta, & maiori pensione, quae reperitur, facta subhaflatione, secundum quod habetur in auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccl. quando vero propter aliquam ecclesie utilitatē vellet in emphyteosim perpetuam cōcedere, ut quia ecclesie utilius esset sic concedere, tū propter remissiones non faciendas tum propter melioramenta, & ut res melioraretur, & tunc aut res est in eodem statu, in quo erat, quando ad ecclesiam peruenit, vel quoad fructus paulo plus, aut paulo minus excreuit, & pōt in emphyteosim concedi facta diminutione sextae partis pensionis solite, d. auth. perpetua. & d. §. perpetua. seruata tamen solemnitate in alienatione requisita, si de nouo concederetur, & non esset solita in emphyteosim dari, si vero solita esset in emphyteosim dari, absque solemnitate sic cōcedi posset. d. c. 1. de feudis. cum similibus praegalatis. Aut res non est in eodem statu, in quo erat, quando ad ecclesiam peruenit, sed est diminuta, vel eius redditus propter aliquem casū sunt diminuti: & tunc potest in emphyteosim concedi pro extante pensione, considerato tempore, quo conceditur, absque alia diminutione: ita dicit Bart. in dicta authen. perpetua. Quando autem res non esset diminuta, sed esset in eodem statu, vel meliori, & pro minori pensione locari consueuisset, & modo ecclesia, postquam ad eam res fuit reueria, vellet eam in emphyteosim perpetuam pro maiori pensione concedere, tunc absque dubio poterit, ut colligitur ex iis, quae voluit Bartolus in dicta authen. qui rem, dicens ecclesiam non posse rem suam pro maiori pensione locari solita locare pro minori, & locatio non